

MAY 29, ST. MARY MAGDALEN OF PAZZI

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

St. Mary Magdalen dei Pazzi was born in 1566. The charity that burned in her heart led her to enter a Carmelite convent at the age of eighteen. Among the special gifts for which St. Mary Magdalen is celebrated, is the sweet perfume which to this day is given out by the pure and incorrupt remains of this holy virgin. Many of the revelations granted to this saint are also famous, such as one concerning the immense glory attained by St. Aloysius Gonzaga in heaven. She died May 25, 1607.

INTROIT Psalms 44: 8

Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítíæ præ consórtibus tuis. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 44: 2) Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítíæ præ consórtibus tuis

COLLECT

Deus, virginitátis amátor. qui beátam Mariám Magdalénam Vírginem, tuo amóre succénsam, coeléstibus donis decorásti: da; ut, quam festíva celebritáte venerámur, puritáte et caritaté imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Corinthians 10: 17-18; 11: 1-2

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me: æmulor enim vos Deo æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Adducéntur regi vírgines post eam: próxime ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúja. Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna.

GRADUAL Psalms 44: 5

Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirabíliter dextera tua.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Adducéntur regi vírgines post eam: próxime ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúja.

GOSPEL Matthew 25: 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discíplis suis parabolam hanc: Símile erit regnum coelórum decem virgínibus quæ accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviam et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lampádes suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lampádes nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ paráte erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánuá. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens ait: Amen, dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem, neque horam.

OFFERTORY Psalms 44: 10

Filiæ regum in honóre tuo: ádstitit regina a dextris tua in vestítu deauráto, circúmdata varietáte. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Accépta tibi sit, Dómine, sacráte plebis oblátio pro tuórum honóre sanctórum: quorum se méritis, de tribulatióne percepisse cognóscit auxiliium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectionem suam ómnibus discíplis suis manifestus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Throno et Dominationibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION Matthew 25: 4, 6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte calmor factus est: Ecce sponsus venit: exite óbviam Christo Dómino. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows.

O God, Who lovest chastity, and didst adorn blessed Mary Magdalen, the virgin, with heavenly gifts, grant that in purity and charity we may imitate her whom we venerate with this festive celebration. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, he that glory, let him glory in the Lord. For not that he that commendeth himself is approved, but he whom God commendeth. Would to God you could bear with some little of my folly, but do bear with me. For I am jealous of you with the jealousy of God. For I have espoused you to one husband, that I may present you as a chaste virgin to Christ.

(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

Alleluia, alleluia. After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee with gladness. Alleluia. With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign.

With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign. Because of truth, and meekness and justice: and thy right hand shall conduct thee wonderfully.

Alleluia, alleluia. After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee with gladness. Alleluia.

At that time, Jesus spoke this parable to His disciples, The kingdom of Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise. But the five foolish, having taken their lamps, did not take oil with them; but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was cry made, Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps; and the foolish said to the wise, Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying, Lest perhaps there be not enough for us and for you, go you rather to them that sell, and buy for yourselves. Now whilst they went to buy, the bridegroom came, and they that were ready went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last came also the other virgins, saying Lord, Lord, open to us; but he answering said, Amen I say to you, I know ye not. Watch ye, therefore, because you know not the day nor the hour.

The daughters of kings in thy glory: the queen stood on thy right hand in gilded clothing, surrounded with variety. (P.T. Alleluia.)

May the offering of Thy consecrated people be accepted by Thee, O Lord, in honor of Thy saints, by whose merits it knoweth that it hath received aid in time of trouble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

The five wise virgins took oil in their vessels with the lamps: and at midnight there was a cry made, Behold the bridegroom cometh: go ye forth to meet Christ our Lord. (P.T. Alleluia.)

Thou hast filled Thy household, O Lord, with sacred gifts; ever comfort us, we beseech Thee, through her intercession whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.